

vias urbis in qua concionabatur, incesisse. Quod quia ille fecerat causa expugnandæ vanæ gloriæ, zeloque se mortificandi, factum est, ut populus nullum inde scandalum acceperit, sed majorum amore, & honore deinceps fuerit profectus: item aviculæ illi obsequabantur avolando, vel avolando quoties vellet, cantando item, & lætitiæ varia signa unâ cum ipso demonstrando, ac tandem accepta ejus benedictione discedendo.

Palladius narrat in *bislor. Laus. cap. 64.* Panfufum sanctitate, miraculisque clarum monachum cœlesti revelatione motum adisse rusticum tugurium, eique Dei nomine mandasse, ut rationem vitæ antea se sibi redderet. Rusticum autem Dei nomine audito respondisse: Ego homo peccator sum, vitæ autem meæ hæc est institutio. Matrimonio junctus sum huic mulieri, tribus autem liberis editis, de servanda deinceps castitate, & habitatione separata inter nos convenimus, & jam ipsos triginta annos sejuncti vivimus: operam do peregrinis, & egenis hospitium recipiendis, appono illis, quod habeo, & neminem vacuum dimitto. Si quem ex populo resuscitem inopia aliqua laborare, cum quibus modis postum soler, & juvo. Si aliquos inter se discordes reperio, eos concilio conciliare. Liberos ea honestate morum imbuo, ut nemo jure de eis conquiri possit. Jumenta ut nulli damno sint procreo, & ne quid alienum in domum meam inferatur, vigilo. His auditis Panfusus ex parte Dei ei benedixit, & addidit: unum tantum tibi est necessarium, notitia affectuosa (vel sapida) Dei (hoc est ardens ille amor unitivus, quem rerum divinarum contemplationes in oratione experientur) eamque consequi non potes, nisi relinquant mundum, & crucem Christi suscipias. Pareat consilio rusticus, & momentem sequitur, in oratione, & mortificatione se exercet tanto cum fructu, ut mortientis animam Panfusus gloria mirabili fulgentem viderit ab Angelis deportari in æterna tabernacula.

Refert B. Dorotheus se initio susceptæ religioſe vitæ mortificasse suam voluntatem patendo alienæ superiorum, & honorum cupiditatem, patefaciendo iisdem tentationes, & cordis sui cogitationes, eoque exercitio consecutum tantam animi pacem, & tranquillitatem, ut nec ullum religioſe vitæ opus, nec ulla calamitas deinceps molestiam aliquam aut perturbationem ipsi attulerit. Et, quia illis initiis nondum erat rerum divinarum tam intelligens ac postea, dabatur cepit, C securamve, & rectam viam teneret in cœlum, in quod per tribulationes multas, quas ipse non experiebat, aditus pateret ad cœlum. Cum verò nec dubitatio illa confusam ei pacem adimeret, scripto proposuit eam suo cuidam Patri spiritali magna sanctitate conficere, qui ei respondit, metum omnem deponeret, tranquillitatem illam natam esse ex mortificandi studio. Voluntatem, & judicium subiciendo judicio, & volenti superiorum, & in manus Dei, majorumque suorum omnia tradendo.

S. FRANCISCUS teste B. Bonaventura, sui mortificandi causa vel cineres vel aquam in cibos iactabat, ut saporem adimeret, inter dormiendum capiti lapidem, pulvini loco, subiciebat, veste nulla, nisi aspera, uti volebat, & si mollior porrecta fuisset, eam interius funiculis exasperabat, ejuſque rei duas causas reddebat, unam, quod illud placeret Christo, alteram quod asperitas plurimum valeret ad vincendos demones, qui voluptatum, & deliciarum illecebra primum hominem tentant, ad mortificationem autem omnem horrent, & fugiunt. Recte enim inquit S. Basilus Orat. 8. de tempor. Necessè est totum corpus nostrum D castigare, eique tanquam feræ belluæ frenum iniicere; si enim delictis, & blandimentis illud fovemus, instat equi ferocis, & indomiti currum cum auriga evententis animam nostram in cœnum flagitiorum præcipitem aget. Sin verò subtrahatone voluptatum, & illecebrarum, quæ sunt vitiorum quasi esca, & voluntaria susceptione pœnarum, quæ semel sunt virtutum, affligamus, robor ejus facile langueſcet, & spiritus imperio rationis, & voluntatis divinæ nullo negotio illud subjugabit. Beneficio ergo mortificationis & demonem expugnemus, & virtutem perseverantiæ, qua una coronam de manu summi imperatoris, & judicis tandem rapiemus, à Deo obtinemus. Carne nostra nullus valentior miles miret demones, dicebat F. Aegidius S. Francisci socius.

Commemorat *Metaphrasies*, cum S. Saba Abbas in speculna quadam delitesceret unâ cum discipulo suo nomine Basilio, (qui genere nobilis, & dives omnibus relictis statuerat cum dicto Patre poenitentiam agere,) nocte quadam spclun-

cam ingreffos latrones, ut inde aliquid abriperent, & ejuſ nihil apud eos pretio dignum invenissent, cepiffes eos cogitare, illos procul dubio homines esse perditos, & damnationis reos, in qua cogitatione dum essent, cepiffes eos vehementer dolere de peccatis, & impendentem Dei meture vindictam, occurfisse deinde in vasta solitudine ingentes leones. Illos verò cum remedium liberationis aliud non veniret in mentem, leonibus præcepiffes, ut propter B. Sabæ orationes terga verterent, quod & fecerunt, non secus quàm si telis confixi fuissent: illi verè continuò ad S. Sabam reverterunt, vitam commutarunt, & manuum labore deinceps viderunt. Tantum potuit bonum exemplum.

S. VINCENTIUS Ordinis prædic. prædicatione sua non solum provocabat homines ad internum dolorem de peccatis, sed etiam ad acerrimas corporis diversiones, quæ sæpe à multo populo, totisque civitatibus circum Ecclesiæ publicè instituebantur. Id cum in Francia quoque fecisset, accidit, Lugduni militem quandam pessimum, qui omnibus erat scandalo, tandem adire sacerdotem, & peccatorum facere exomologesim. Ad eum locum poenitentiam cum inunxisset, ut in publica aliqua supplicatione disciplinam cum aliis ferret, & ille agrè tantam poenitentiam suscipere, non aliud illi mandavit, quàm ut comitaretur saltem in processione, libenter paruit, & spectaculo verberatum durum illud pectus ad tantum criminum suorum dolorem commotum est, ut detractis vestibus flagro accepto tam immaniter in tergum suum desceverit, ut circumstantes omnes moverit ad lachrymas, ac tandem, ne necem sibi immanitate istam afferret, opus fuerit disciplinam e manibus extorquere, itaque apud hunc hominem plus valuit bonum exemplum, quàm verborum confessarii auctoritas.

B. Petrus Damian. *Card. narrat* S. DOMINICUM LORICATUM inter ceteras mortificationes hanc potissimum usurpasse, ut totum corpus crebris virgarum ictibus in quinque, vel sex horas affligeret, totumque inter ictus Plasterium, quod memoris mandarat, recitaret. Quod exemplum fecit, ut disciplina usus inditione illa, totaque patria, in qua morabatur, frequentari cepit, non modò inter religioſos, sed etiam inter seculares, viros & feminas, nobiles & ignobiles, tantoque ardore hanc castigationem suscipiebant, ut crederent, se hoc ardore supplicii omnes pœnas peccatis in alio seculo debitas expurgaturos.

S. Dorotheus scribit, discipuli sui Dositheii hanc præcipuam exercitationem fuisse, ut crebris frangeret propria voluntatem, nam cum aliquid illi adferret ad usum quotidianum necessarium, diligenterque, & nitide confectum, imperabat Dorotheus, ut alii potiusquam sibi traderent. Si advertebat, superiores affici ad librum, vel cutellum, quo utebatur in curandis ægris, mandabat, ne amplius eo uteretur. Si quid seiscitabatur cognitione dignum, sine ferè responſo eum dimittebat. In his omnibus Dositheus promptè obediens, patienterque cum silentio omnia persecebat, ac intra quinquennium ad tantam virtutis perfectionem pervenit, ut post mortem conspectus sit inter religionis illius Sanctos ad magnam evectus gloriam. Mirabantur alii monachi Dositheum tam brevi tempore ad tantum virtutis fastigium conscendisse, cum tamen ob corporis debilitatem in sustinendis jeuniis, vigiliis, aliisque asperitatibus longè inferior esset reliquis. Verum rogatus de ea re, respondit, se omnem operam, & studium poluisse in mortificanda jugiter propria voluntate, eaque voluntati superiori conformanda. Redè ergo S. Gregorius lib. 6. in *libris Regum*, c. 15. tradit, sublimioris esse meriti, propriam vel submittere alienæ, quàm H corpus magnis jeuniis affligere.

S. Paulus Eremita adoleſcentiam suam paucis daſtylis aluerat, senectutem verò tantum dimidiato pane, omnibusque humanis commodis destitutus ætatem extraxit in annum 13. supra centesimum.

S. Antonius humi cubans, & pauxillum panis, & aqua sub vesperam fumens de virbus corporis ad colendum Deum necessarius nihil detraxit, & in centesimum quintum annum vitam produxit.

Ex Loco de Poenitentia, Castigatione, Jejuio, & similibus, per quæ mortificatio augetur, illustretur locus præfens.

* Motus

* Motus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

MOTUS, Græcè κίνησις, & κίνησις, moveo dicitur. Est autem motus actus entis in potentia, secund. *Arist. lib. 3. Physic. five est actus ejus, quod est potentia, ut est tale. Item, Motus est actus activi, atque passivi. lib. 3. Physic. cap. 2.* Hinc terzæ motus, cujus causa sunt venti in cavernis terzæ inclusi.

Motiva vis sensitiva duplex est, scilicet Naturalis, & Animalis. Vis motiva naturalis est quæ non movet per apprehensionem, nec est subiecta imperio rationis. Et talis est virtus vitalis, & pulsativa, quæ movet arterias, & cor secundum rationem, & contractionem. Et hujusmodi virtus est in corde, sicut in proprio organo. Unde solum habet esse in animalibus perfectis, pulmonem, & cor habentibus. Et hæc vis per spirationem, & respirationem est principium contemperandi calorem cordis, & corporis. Vis motiva animalis est, quæ movet per apprehensionem, & est triplex, quædam movet per modum dirigentis, quædam movet per modum imperantis, & quædam per modum exequentis. Ex B. Thom. *Opusculo de potentiis anime, cap. 5.*

GENERA.

Motus sex sunt genera: ut Ortus, ut Interitus, ut Accessio, Decessio, Commutatio, & Loci mutatio. In *Categor. cap. 13. de motu generibus.*

Item motus alius est generaliter dictus, alius specialiter, quem Physicum dicunt. Deinde dicit. *Arist. lib. 6. Physic. cap. 1.* Quædam moveri per se primò, quædam per accedens, quædam etiam per partem, ut v. g. cum dicitur moveri homo, etiam cum brachium illius moveatur. Ut autem mobilium, ita & moventium similis divisio dari potest, ut alia per se, alia per partem, alia per accedens moveant.

Denique motus alius est instantaneus: alius successivus. Deinde alius est generativus, alius destructivus. Item alius est subiecto ad subiectum: alius non subiecto ad non subiectum: alius non subiecto ad subiectum: alius denique est subiecto ad non subiectum, vocatur ab *Aristotele* subiectum hoc loco, quod vocabulo affirmativo significatur: non subiectum, quod negativo, v. g. album, & non album, & sic de aliis. *lib. 5. Physic.*

* Mulier.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, ET APPELLATIONES VARIE.

MULIER, Græcè γυνή, & γυναικίος, muliebris dicitur. Mulier γυνή, quasi γυνή, patiens, teste Platone. Mulieri primæ, nempe Evæ, mulieres alias omnes representant dicitur est. In dolore paries. Hebr. *Issa* Vir, nempe à viro Adamo desumpta, viro adjectum futura, & quæ animum minime mollem, sed virilem, in familia regenda exerceret. Quod etiam mulier dicitur, ut ex ea prolem suscipiat, dicitur *Ngebabab*, à verbo *Nakab*, excavavit. In utero enim mulier, veluti in loco concavo, qui deinde aperitur, proles lateret ad tempus constituta, & inde in lucem exit. Est enim mulier illa, quæ amplius virgo non est.

Quare Cicero, objurantibus cum nonnullis, quod sexagenarius Popiliam virginem duxisset, respondit: Cras mulier erit. Mulieris appellatio, ut vulgè Cajus Jureconsultus, etiam virgo nubens continetur, hoc est, quæ matura viro, jam plenis nubilis annis.

Præmè muliebris inditum nomen Evæ ex sacris litteris colligitur, cujus interpretatio vita sonat, unde & motor viventium appellata est. Latinis præter nomen mulieris quod à molitie, five animi, five corporis deducitur; eandem etiam appellat Fœminam, idque ut est auctor *Idorus*, à fœtu, five ut alii volunt, à fovendo. Est enim inter naturales operationes nobilissimum fœtum generare, & eundem fovere, tam intra, quàm extra matrem uterum.

Itali mulierem Donnâ vocant, derivatione accepta à Latina voce donna, quod est nomen peritii, & potentia, unde ad feminas cura domus magis dignoscitur pertinere, quàm ad viros. Et affirmat *Plin. in vita Lycygi*, fœminas appellari nominare significante dominam, unde & *Homærus lib. 3. Odyſſ.* vocat Nestoris uxorem dominam. L. B. *Theat. vit. Human. Tom. V.*

Vide infra. Mulierum fuga. Item inter Apophtegmata sunt mulieris descriptiones.

EJUS FORMATIO.

Post creatum virum, & reliqua animalia, mundique ornatum completum, solus is erat, nec enim alius aderat homo, cum quo vitæ communionem haberet, unde dixit Deus, Non est bonum hominem esse solum (quia cum homo sit animal sociale, necessaria erat ad conservationem speciei propagatio, eaque per mulierem fieri debebat) faciam ei adiutorium simile sibi, quod Chaldaus vertit, sustentaculum quod sit penes eum. Inmisit ergo Deus soporem in Adam (quod sicut non solum fuit somnus aliquis, sed gravis, & profundus cum ex latâ conjunctus, qua divinitus mens illius elevabatur, ut videret ea, quæ circa eum gerebantur: & simul propheticò spiritu cognosceret mysterium per ea significatum) & tulit unam de costis ejus, quæ fuit instar feminis ad generationem individui, omniumque hominum feminarium in illo constituta, tanquam capite naturæ nostræ: & ædificavit eam in F

Mulierem, nempe ex costa hæc carnosa, admiscendo alienam materiam, eam efformavit, idque in Paradiso, in quem jam Adam translatus fuerat, hujus autem formationis causam voluit Doctores, ut vir mulierem tanquam sociam diligeret, eique inseparabili amoris nexu jungeretur, deinde propter Sacramentum, quod magnum Apollolus fatetur in Christo, & Ecclesiâ ad *Epheſ. 5.* Vide S. Thomam 1. parte *quest. 42. art. 2. & 3.*

VIRTUS, NATURA, SEDUCTIO.

Sicut Deus Adamum in sua creatione repleverat scientiâ, & gratiâ, item & Evam, quod indicare voluisset Adamum, colligunt Hebraice linguæ Interpretes, cum admirans illius de se formationem dixit: Hæc vocabatur Virago, quoniam de viro sumpta est, ubi vis Hebrææ vocis non solum importat naturam, & sexum, sed virtutem, & animum virilem in muliere, hinc viram veteres Latini mulierem dixere, quia de viro sumpta erat, teste *Sexto Pompejo*.

Atque hæc virtus, scientiaque, qua eam cumulaverat Deus, appetitum inordinatum omnis scientiæ, & similitudinis diviniæ, quæ falsò diabolus serpentem ingressus ei promittebat, in ea excitavit, atque indignationem ingessit, quod à pomò, C cujus excellentiam foris contemplantur, præcepto exciretur divino, unde & serpenti mentientis credidit, atque exinde ad perfectam inobedientiam profilit, pomum vetitum comedendo, & virum suum ad idem faciendum induxit, absque intentione tamen in eum decipiendi, quomodo paulò ante serpens intenderat ipsam Evam decipere, & seducere, prout etiam fecit. Unde *Paulus 1. Timoth. 2.* dicit: Adam non est seductus, sed mulier seducta in prævaricatione fuit. Seducta nempe *απαχθισθη*, id est, decepta, videlicet à serpente, & prævaricata est præceptum Domini, hinc à Deo reprehensa dicit: Serpens decepit me.

Adam per Evam deceptus est, non Eva per Adam, quem vocavit ad culpam mulier, justum est, ut eam in gubernationem assumat, ne iterum fœminæ facilitate labatur. *Ambros. in Hexam. tract. dicit 4. & hab. 35. q. 5. Adam.*

Æ R U M N Æ.

Seducta per Serpente muliere, postquam Dei præceptum H fuit prævaricata, dixit ei Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. *Genſ. cap. 3.*

Quibus verbis triplex pœna infligitur, ob triplex illius peccatum. Primum credidit serpenti dicenti, eritis sicut Dii: audit, multiplicabo ærumnas & conceptus tuos. 2. Gulose comedidit pomum vetitum: audit, In dolore paries. 3. Quia virum seduxit: audit, Sub viri potestate eris. Ita *Ruppert*.

Cæterum multiplicatio ærumnarum circa conceptus mulierum notissima est, & quidem ante conceptum grumng sunt, sordes, & fluxus menstrui: In ipso conceptu desloratio, pudor, & dolor: post conceptum, immunditia, menstrui sanguinis retentio, pondus prolis in utero per 9. menses, fastidia, spasmus pericula, de quibus *Arist. lib. 7. c. 4. Hist. Anim.* Dolor in partu maximus est propter angustioris uteri meatum, qui sine vehementi dolore laxari non potest. Quod secus in innocentiam Bbb 2 itaru

statu evenisset, quando materna viscera sponte laxata fuissent. A Doloris autem illius magnitudinem pluribus locis Scriptura inculcat, cum summos dolores cruciatum illis comparat. Certè Christus ait: Mulier, cum parit, tristitiam habet. *Joan. cap. 16.* & constat, multas in partu mori, quomodo Rachel in partu Benjamin. *Gen. cap. 35.* Immo ut *Plinius* tradit, multi cuncta matre gignuntur. Sic Scipio Africanus ordine, & nativitate primus, natus fuit. Primumque Cæsar à casto matris utero appellatus fuit eo nomine, & ea de causa cæsones dicti. Simili modo natus est Manlius, qui Carthaginem cum exercitu intravit.

Inter extremas pœnas ponitur; sub Viri potestate eris, &c. quod intelligit, non sponte, libens, miraque suavitate, ut ante peccatum futura eras; sed invita, summaque cum repugnantia, est namque muliebri ingenium superbum, non ferens imperium mariti. Datur autem hic viro in uxorem potestas, non modo eam coercendi, sed & puniendi, eamque seu subditam gubernandi.

Verum illustrandus est hic locus de mulierum subiectione sub viri potestate, duabus egregiis sententiis, una B. Augustini, & altera Rupertii. In *lib. 11. de Genesi ad litteram, cap. 27.* sic habet *Augustinus*: Videndum est, quemadmodum proprie potest accipi illud, quod mulieris dictum est, ad virum conversio tua, & ipse dominabitur tui. Neque enim & ante peccatum aliter fuisse, decet credere, nisi ut vir mulieri dominaretur, & ad eam ipsa serviendo converteretur. Sed rectè dici potest, hanc servitutem, significatam, que eam ipsam conditionis est potius, quam dilectionis: ut etiam ipsa talis servitus, qua homines hominibus potestà servire ceperunt, & de pœna peccati reperitur exorta. Dixit quidem Paulus, Per charitatem servite invicem: sed mulierem dominatam in virum non permittit Apostolus, hoc enim viro potius Dei sententia detulit, & maritum habere dominatum, meruit mulieris, non natura, sed culpa: quod tamen nisi servetur, depravabitur amplius natura, & agebitur culpa. *Sic Augustinus.*

Ruperto verò *lib. 3. de operib. Trinitatis, cap. 21.* putat, gratioris esse dominationis, uxorem esse sub viro tanquam sub domino, quam esse sub viri potestate. Hoc enim modo scribit: Sed adhuc rectè queri potest, quid illud sit, mulierem sub C viri potestate esse, & virum mulieris dominum esse, quoniam utranque dixit: Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Ad hoc respondendum valentioris esse dominationis, mulierem sub domino, quam sub potestate viri esse: Nam & secundum Romanas leges, sub viri potestate est mulier, antequam in manum viri conveniat: sub potestate est, inquam viri, verumtamen non tanquam domini, sed tanquam tutoris, ita ut sine auctoritate ejus, testamentum illi facere non liceat. Quæ autem in manum viri convenit multò magis quam diu vixerit vir, testamentum ille viro facere non licebit, unde & capite diminuta dicitur mulier, quæ jam in manum viri convenit.

Ad eò apud Gentiles quoque, qui hanc Scripturam non legerant, vel hujus veri Dei præcepta non observabant, hæc lex naturaliter valuit, quam Dominus natura imposuit, dicens mulieri, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.

Quædam tamen Barbaræ Nationes, sicut cætera, ita ut hunc naturæ ordinem confuderunt, ut mulier sine capite, id est, sine viro suo super viros ageret potestatem, & dominium. Unde & apud Romanum defensorum: mulier causam suam D tuetur, sic inter alia dicendo:

*non urbes prima tenebo
Fœmina Nilivæ, nullo discrimine sexus:
Reginam scio ferre Phœnæ.*

Verumtamen non tam jus, aut lex, quam usurpatio dicenda est. Rectè ergo non tantum dixit: Sub viri potestate eris: nam & puerulus masculus sub viri, id est, tutoris potestate est, sed addidit. Et ipse dominabitur tui: scilicet ut nunquam mulier libera sit sub jugo viri, sed ejus tam ætas quam conditio primum sub potestate viri tutoris, & deinde cum in manum viri per legitimam conjugii tabulas venerit, sub dominio viri sit. Verum castis, & fidelibus mulieribus, hanc tertiam pœnam benevolentia nullam, aut levissimam efficit. Et non solum non obest, sed etiam laudi est. Propter quod & Petrus Apostolus mulieres ad subiectionem spontaneam cohortans dicit, similiter & mulieres subditæ sint viris suis. Si enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo ornabant se subiectæ propriis viris, sicut Sara obediebat Abraham, dominum cum vocans, &c. *Ita Rupert.*

* VITIA, ET INFIRMITATES.

Maximum Mulieribus vitium adscribit *Salomon* in *Prover.* blanditiæ, superbiæ, & iracundiam. Unde eam leone, et dracone nequiorum Ecclesiasticus contendit: atque in hoc potissimum mulierem elevat, quod ab peccatum duxerit initium, & per eam omnes moriamur. Ideoque longè ab ea fieri gressus nostros suadet, ut pote quæ morte ipsa fit amarior.

INSIDIANTUR CASTITATI.

S. Chrysostomus, quo à mulierum contubernio avocet, illos qui castè volunt vivere, earum nequitiam graphicè depingit, & ita scribit:

Quid quis dicat, aut quomodo quis enarret, Mulierem illam crudelem, & multiofam; ego quidem existimo, nullam esse in hoc mundo bestiam comparabilem mulieri mala. Quod inter quadrupedia animalia leone sævus? sed nihil hac ferocius, quid in serpentibus dracone acrius? nec hic quidem cum muliere mala conferri potest. Nam leo, & draco in malo inferiores sunt. Daniellem leones in lacu veriti sunt: justum vero illum Naboth Jezabæ interfecit. Cetus Jonam in ventre custodit: Dalila Samsonem circumventum illecebris raso etiam capite deformatum alienigenis tradidit. Joannem Baptistam in deserto viventem dracones, & aspidēs subdita feritate tremuerunt: Herodias verò eidem caput abscidit, & tanti viri mortem in pretium salationis accepit. O malum summum, & acutissimum Diaboli telum mulier! Per mulierem Adam ab initio in paradiso cecidit, mulier ipsum exterminavit. Per mulierem munissimus ille David suum militem innocenter Urinam, epistola dolo occidendum hostibus presentavit. Mulier sapientissimum Salomonem in pravaricationis sacrilegium precipitavit. Mulier fortissimum Samsonem rase: rasiuque excecavit: Mulier castissimum Joseph vinculis alligatum in carcerem truxit. Mulier Joannem totius mundi caput capite truncavit. Quid dicam de hominibus? cum mulier angelos de celo deposuerit, mulier malitiam omnes prostravit, omnes jugulavit, omnes interfecit, omnes elidit mulier impudens, nemini parcat, non Levitam honorat, non Sacerdotem reveretur, non Prophetæ desert. O malum omni malo pejus, mulier mala! Sive illa pauper sit, sive dives, si G facultates habeat, cooperatrices sunt malitiæ suæ. O malum intolerabile, vipersa irremediabilis, venenum insanabile, mulier mala! Si injuriam patitur, insanat; si honorem accipit, extollitur; si potentis uxor sit, non cessat nocte, ac die callidis stimulare sermonibus, blanditur nequiter, & quod vult impertuna, rapit violentè: si pauperem habeat virum, ipsum ad iracundias, & rixas incitare non desinit, si vidua sit, omnes passim despicit, & ad omnem audaciam superbiæ instatur: si mortis Dei non refrenat linguam suam; nec itata futurum judicium proficit; nec ad Deum attendit. *Chrysost.* in *serm. de decollat. Joan. Bapt.*

Ait Cato Utricensis: Si absque femina esset mundus, conversatio nostra non esset absque diis: Amice, Cato non nisi sensa, & cognita loquebatur, nec quisquam seminarum exerceat ludibria, nisi lusus, nec penè conficius his fidem habere debet, nisi expertus: is noverat, quod flos Veneris, rosa, & quod sub ejus purpura multi latent aculei. *Valer.* in *epist. ad Rufum.*

Scribit Herodotus, quod cum mulier cum veste deponit verecundiam, & quod sine veste gerit, quasi non fecerit, obliviscitur. Si quis autem tellis ad fuerit, ipsa tamen artificio linguæ cogit eum fateri non vidisse, quod viderat: & quod verbis excusare non valet, hoc lachrymis excusat, blanditur oculis, seducit oculis, instat amplexibus. *Hugo* in *libello ad socium violentem nubere.*

Vide infra Fuga mulierum.
SUNT AUDACES, DOLOSÆ, VIINDICTAM APPETENTES.

De Josepho Patriarcha legitimus, quomodo in manibus dominæ suæ pallium reliquerit, cum ad illicia perpetranda ab eadem sollicitaretur. Videns enim illa se contemptam, vocavit ad se homines domus suæ, & ait: Et veni introductum virum Hebraum, ut illud recet nobis, &c. & revertenti marito ostendit pallium, qui nimirum credulus verbis ipsius, misit Joseph in carcerem, &c. *Genes. 38.* hinc patet, verum esse Proverbum: Aut odit, aut amat mulier, nihil est tertium.

2. Magna erat impudentia, & dolus torquere crimen in Joseph innocente, quo facit, quod paulò ante ex Herodoto adfert. *Val.* in *epist. ad Rufum.* Audiamus Danaë apud Euripidē.

Ouis

Ouis *γὰρ τὰς ἀλούς, ὡς γυναικὰς τὸν τίμιον*
A *Μίχαη, λυγρὸν δ' ἀδρός ἐσθλῶν ἄνδρων, &c.*
Sic tibi solet, mulieribus artes
Cure esse: viros autem plus valere basta,
Nam si dolis acquirere victoriam liceret,
Nos sanè viris imperaveremus.

Idem Eurip. in *Iphigenia.*
Callidæ sunt mulieres in inveniendo dolo.
In *Medea* idem eam inducit ita loquentem.
Mulier enim in aliis quidem timore plena.
Timida autem in pugnam, ipsa ferrum inspicere.
Sed quando circa lectum injuria offensa fuerit,
Non est alia mens magis homicida.
Mulieres sumus ad bona consilia pauperime.
Malorum autem omnium artifices sapientissima.

3. Furias viros non continet, donec adamato suo necem paraverit: nimirum

— mulier sævissima tunc est,
Cum stimulus odia pudor admovent.

Et quidem magnam in hoc astutiam ostendant mulieres, B quod oris artificio, & lachrymis, qua duplices habent in oculis, juxta Senecam, veri scilicet doloris, & insidiarum; marito animum quo voluerit inclinare, eorumque ingenia versare in quamvis partem valeant. *Ita Juvenal.*

Tunc gravius illa viro, tunc orba viride pejor,
Cum simulat genitus oculi conscientia facti:
Aut odit pueros, aut patia pellere plorat.
Uberibus semper lachrymis, semperque paratis
In statione sua.

Nec aliter *Plaut.* in *Truculentis.*
Male quod mulier incipit, nisi efficere perparat,
Id illi morbo, id illi senio est, ea illi miseræ miseria est.
Sibi bene facere incipit, ejus eam cibus odium percipit.
Nimis quam pauca efficiunt, si quid acciperint benefacere.
Mulier in initio male facere melius est, onus quam bene.

VERSIPELLES, SEDITIOSÆ, CRUDELES.

JEZABELIS in sacris litteris ad omnem crudelitatem compositus animus adversus Eliam Prophetam, & innocente Naboth, plus satis explicatur. Exempla aliarum suppeditant eodem Literæ Sacra, à quibus sequentia hunc in locum transtulimus.

Occasione Evæ deceptus est Adam: licet non fuit seductus in eo, in quo Eva fuit seducta, sed cum de ligno vetito, Eva suadente, comedit. *Gen. 3.*

SARA risit, audita promissione, & conceptione filii. Redarguta autem à Domino ejus diffidentia, se ipsam mendaciter excusavit. *Gen. 18.*

Dux Filiz Loth volentes ex parte suo concipere, cum verbis cum fortissimis hoc inducere non auderent, mediante viro, propositum pegerunt. Bene ergo alium hominem decessissent, quando nec patri proprio pepererunt. *Gen. 19.*

RACHEL patrem proprium quarentem idola sua pulchra adinventione. *Gen. 31.*

Obstetrices Hebraorum, licet piam intentionem haberint in reservatione puerorum, tamen Pharaonem Regem Egypti adinventione mendacii fecerunt. *Exod. 1.*

Mulieres Moabitæ filios Israel decepterunt, contra quos Balaam Hariolus cum omnibus magicis artibus suis nihil potuerat operari. *Num. 21. 29. 33.*

RAB meretrix abscondit exploratores Josue, & eos, qui querebant eos, fecit currere usque ad vada Jordanis, dicens, quod exierat clausa porta. *Jos. 2.*

Egressa JABEL in occursum Sifara dicit ad eum. Intra ad me, Domine mi, ne times. Et postremò illum dormientem occidit. *Jud. 4.*

Uxor Samsonis fundens apud eum lachrymas, dicebat: Odisti me, idcirco problema non vis mihi exponere: tamen illi in damnum proprium revelavit. *Jud. 14.*

DALILA mollis fuit Samsoni jugiter per multos dies, spatium ad quietem non tribuens, & defecit animo ejus, & ad mortem usque lassata est. Tunc victus fortissimus Samson stultè aperuit secretum. *Jud. 16.*

MICHOI intelligens, quod Saul pater suus quæreret David virum suum ad mortem, fecit cum fugere, & posuit simulachrum super lectum ejus. *1. Reg. 19.*

Viri, qui nuntiare debebant David Ratum Abfalon fuerunt positi in puteo, & Mulier quædam ponens velamen super os

L. B. Theat. vir. Human. Tom. V.

putei, quasi siccanis pitifans, ipsos recessisse mendita est. *2. Reg. 17.*
Mulieres in tantum Salomonem deceperunt, ut coleret Deos carum. *3. Reg. 11.*
Uxor Jeroboam aliam se finxit, ut prophetam deciperet. *3. Reg. 14.*

Execogitavit JEZABEL, quomodo Naboth falso testimonio occideret. *3. Reg. 21.*

Fecellit Holofernem Judith, à facie cujus terra tremere videbatur, quamvis optima intentione. *Judith. 10. 13.*

Herodes metuebat Joann. Baptistam, sciens eum virum justum. Et tamen HERODIAS in tantum laborem, quod fecit eum in carcere decollari. *Matt. 14. Mar. 6.*

SAPHIRA UXOR, & Ananias mentitus fuit Petro de agri pretio: sed illud mendacium fuit per Petrum gravissime punitum. *Act. 5.*

Ibid. cap. 13. Judi scribuntur concitasse Mulieres religiosas, & honestas, ac primos civitatis, & extraxerunt persecutionem in Paulum, & Barnabam: ac ejecisse illos de finibus suis.

Pete pluraque ex loco de Crudelitate, & Austeritate.
VIRIS IMBECILLIORES.

Natura ab initio non modò viros à feminis animi, corporisque viribus discrevit, sed sua cuique sexui munia, suas virtutes genere quidem eadem, gradu verò longè diversas attribuit: Nam, qui minus indecorum est feminis jus dicere, delectum habere, exercitum ducere, signum pugne proponere: quam viro lanam, colum, telam, cæteraque muliebris infirmitatis tracta remissioria: quæ in viris liberalitas fortitudo, severitas, in muliere profusio, pœsania, crudelitas habitus: contra quod in femina elegans, come, venustum, in viri fructum elumbe, putridum judicatur. *Jac. Kenodas apud Georg. Buc. 2. bau. verum Scot. lib. 22.*

Nunquam ab hoc sexu animi magnitudo postulata est, habent certè formam suas virtutes, sed hæc, de qua loquitur inter viriles, non muliebris semper connumerata est. Deinde quò magis ob naturæ imbecillitatem animorum motibus suis obnoxia, eò quoties legum firmos licentia petterunt, longius progrediuntur, difficilius revocantur, ad modestiam vix unquam redeunt: quippe morborum ac remediorum juxta imperientes. Quod si inter eas fortiores videntur, eò sunt magis periculosa, quòd vehementiores habeant impetus, & quæ tardio sexu faminam semel exierunt, etiam ultra curas viriles licentiam extendere volunt. *Ibid.*

Audiamus *Aristotelem, qui 9. de nat. Animalium, cap. 1.* C scribit: Mulier misericors magis, & ad lachrymas propensior quam vir: Invida item magis, & querula, & maledicentior, & mordacior: præterea anxiosa, & desperans magis quam mas; atque imprudentior, & mendacior.

AD VENERICIA PROCLIVES.
Fœmine ad venericia longè procliviores sunt viris. Unde quod legitur *Exod. 1. 22.* Maledicos non patiens vivere; Hebraicè habetur genere feminino; idque ob pronitatem illius sexus.

Venericij questio & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto scelere orta est: quæ cum viros suos clandestinis infidiis veneno perimerent, unus ancillæ indicio protracta per senatum capituli judicio damnata, centum & octoginta numerum expleverunt. *Val. Max. 1. 2.*

Causam autem hujus muliebris pronitatis dat *Philo Melissæ* *lib. 1. 2. 6. 36.* Quia fœmine sunt invalidæ: quibus autem defuncti vires, inquit, res suas astu, & mala arte moluntur. *Arist. lib. 9. hist. animal.* hanc dicit, quod sine magis invide, querula, & mendaces, contumeliosa.

Fabius 5. Instit. cap. 10. docet in viro latrocinium, venificium facilius credi in femina, & *Plin. lib. 25. cap. 2.* ait scintillam hanc in ea prevalere.

Scriptura meminit Pythonissæ, quæ suscitare visâ est animam Samuelis. *1. Reg. cap. 28.*

Et in novo Testamento, Prisca, Maximilla, quæ adversus Prophetissas vaticinatione mendacii, ut loquitur *Hieronym.* in *cap. 13. Exech.* fidem veritatis subvertebat.

In Aëdibus quoque Apostolicis una refertur *cap. 16.* cujus divinatio amplissimos Dominis redditus acquirerebat, de qua ad imperium Pauli immundus Spiritus est ejectionis.

AVARÆ, CUPIDÆ, IMPORTUNE.
Viros ad unumquodque maleficium singulari cupiditate impellunt, mulieres ad omnia maleficia cupiditas una ducit. Muliebrum enim vitiorum fundamentum est avaritia, inquit *Cib. lib. 2. Rhetor.*

Exemplis S. Scripturæ hunc titulum declaremus.
A Prima Mulier vidit lignum pulchrum, & delectabile, & statim sequitur, quod sine deliberatione tulit de fructu illius, & comedit. Gen. 3.

SARA licet esset bona, tamen ita & desiderabat habere filios quod potius voluit habere de ancilla filium, inquam: Ingredere ad ancillam meam, &c. quæ esse sine liberis. Gen. 16.

Filii Loth potius voluerunt de patre liberos suscipere, quam sine liberis permanere. Gen. 11.

Interrogata REBECCA, an velleret ire cum famulo Abraham, continuo respondit: Vadam, Non dixit, volo ire, si placet vobis, vel huiusmodi. Gen. 24.

Cernens RACHEL quod infecunda esset, invidit forori, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. Gen. 30.

DYNA cupiens videre mulieres regionis illius, visa fuit à quodam viro, Siceim, videlicet, & tandem oppressa ab eo. Quid ergo de illis, quæ volunt videre viros, & videri ab eis? Non est mirum, &c. Gen. 34.

Domina, cui serviebat Joseph, non expectabat quod sollicitaretur ab eo, sed ipsum nimis proaciter requisivit. Gen. 39.

AXA filia Caleph, obtinuit à patre terram irriguam. Quia, B felicit, eam instanter suspirando petivit. Job. 15.

Tantum insitit Uxor Samson apud eum, quod ipse dixit ei propositionem obscuram, quam parentibus noluerat indicare. Accilla statim revelavit amicis suis, quamquam esset in damnum viri sui. Jud. 14.

DALLA per importunitatem evicit, ut Samson diceret, in quo ejus fortitudo maxima consistebat. Jud. 16.

ANNA mater Samuelis præ desiderio habendi liberos flebat, & non capiebat cibos. 1. Reg. 1.

Multum desiderabat habere filium illa, quæ rapuit alienum. 3. Reg. 3.

Ita concupivit JEZABEL vineam Naboth tradere viro suo, quod noviter producens falsos testes procuravit, & fecit Naboth crudeliter lapidari. 3. Reg. 21.

Cum velleret ire SUNAMITIS ad Eliecum, & vir ejus non pleuari consentiret, respondit illa: Vadam. Statimque stravit illa faciam, & præcipit puero, Mina, & propera, ne mihi moram facias in cundo, & hoc age quod præcipio tibi. 4. Reg. 4.

ATHALIA mater Ochozias Regis concupiscens regnare super terram, interfecit omne semen regium, excepto Joas infante, qui furtim absconditus fuit. 4. Reg. 11.

C ANNA Uxor Tobis circumspiciebat quotidie, & circumibat vias, per quas spes redeundi videbatur, ut si posset, procul videret filium venientem. Tob. 10.

ESTHER non fuit contenta ex eo, quod Rex dederat ei domum Aman, & quod occiderat in civitate Susis quingentos viros, sed etiam in crastino fecit trecentos occidi. Est. 8. 9.

HERODIAS infidabat Joanni Baptista, tantoque odio infidabat ei, quod magis elegit filiam suam petere caput ipsius, quam dimidiam partem regni Herodis. Matth. 14. Mar. 6.

Mulier Chananea sanitatem filii obtinuit precibus importunis. Mat. 15.

Mulier filiorum Zebedæi non expectavit, quod Dominus remuneraret filios secundum excellentiam meritorum, sed petiit, ante tempus unum poni ad dexteram Domini in regno suo, & aliam ad sinistram. Mat. 20.

Puella nomine Rhode intelligens Petrum pulsare ad januam, præ gaudio non aperuit, sed dimittens illum foras, cucurrit, & intro stantibus antevixit. Mat. 21.

D Poni Dominus exemplum Vidue, quæ ita fuit molesta iudici, Deum etiam non timentem, ut tandem ipsam à suo adversario vindicaverit. Luc. 19.

SUPERBÆ VESTITU, ET ORNATU.

Ad cultum corporis, & ornatum superfluum propendet feminæ scelus, eoque plerumque maximos sui ingenii conatus dirigit, vetus Adagium est: Dum moluntur (aut poluntur) dum comuntur, annus est. Si hac ætate scripserit Comicus, indubie sexennium dixisset. Sunt enim hodie etiam mediocriter matronarum, ut præterea meretrices, & similes moneta: vestimenta instar Arcæ Noe, in qua concinnanda cæx absumpti sunt anni, sic & in his semper habet sartor, quod demat, vel addat: quod enim modo aridet, & in usu est: cras tanquam obsoletum repellitur, novas indies indumentorum formulas humani ingenii vanitate suggerente.

Plautus vero dixit: Navis, & mulier nunquam satis ornantur. Scribit de illis, quæ ut omnium oculos in se provocent, & libidini fomitem subministrant, se polunt, & ornant, plus è quam earum conditio, & fors requirit. B. Hieronymus in Epistola hunc in modum.

Illæ oculos Christianos scandalizant potius, quæ purpurifoso, & quibusdam fucis ora, oculosque depingunt, quarum facies Aegyptiæ nimis candore deformes idola mentiuuntur, quas nec numerus annorum potest dicere, quod vetula sint, quæ capillis alienis verticem struunt, & præteritam juventutem in rugis anilibus poliunt. Erubescat mulier Christiana, si naturam cogit in decorum, sed carnis curam facit in concupiscentiis. Idem Hieron. Epist. 12. ad Gaudent. vocat genus mulierum quod dicitur.

Comminando dicitur Isai. cap. 3. Auferet Dominus ornamentum calcamentorum, & lunulas, & torques, monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & multa alia ponit ibi.

Reprehensibilem habitum malæ mulieris describit Salomon: Considero veporatum juvenem. Occurrit illi Mulier ornata meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens. Prov. 7.

Non sine causa monet Sapiens, quando ait, Averte faciem tuam à muliere compta. Mulier enim composita, & ornata magis incitat ad peccatum. Eccl. 9.

Mulierum non fit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut vestium cultus &c. 1. Pet. 4.

THAMAR natus Jude filii Jacob volens focerem allicere, ut ex illo conciperet, depositis viduitatis vestibus, ornavit se, & assumpsit terstrum. Gen. 38.

Audito adventu Jehu, qui occiderat Joram Regem Israël, Jezabel depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum. 4. Reg. 9.

Testatur JUDITH: quod ornamenta, quæ assumpsit, deceperunt Holofernem. Induit enim se vestimento laticæ, unxit faciem suam unguento, colligavit cincinnos suos mitra ad decipiendum ipsum. Jud. 16.

Require Locum de Luxa vestium.

EARUM ORNATU QUALIS ESSE DEBEAT?

Vult Apostolus, ut mulieres in publicum prodeuntes sint in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate se ornantes, & non intortis cincinnis, aut auro, vel margaritis, aut velte preciosa. 1. ad Tim. cap. 2. Itaque requirit verecundiam, & modestiam in ornatu muliebri.

DEMADES dicebat, pudorem in muliere esse arcem pulchritudinis: quæ enim hæc caret, & inverecundia se ornant, se, suamque prostituunt pulchritudinem.

Habitus namque exterior animi interioris est testis, & index: non vetat Apostolus, ut quæque habitum induat iuxta status, aut temporis, aut agendarum rerum conditionem. Sic Ruth, cap. 3. lota, & ornata cultioribus vestibus legitur, antequam viro tradita esset.

JUDITH quoque ad Principem Assyriorum itura, se ornavit, cap. 10.

ESTHER non quæsit cultum muliebrem, sicut aliz mulieres: Induit se nihilominus cultu regio, quando ingrediebatur ad Assuerum.

STULTILOQUÆ, ET VANÆ.

Provenit id vitium ex imbecillitate iudicii, ac discursus, quæ facit, ut loquendo homo sit præceps, antequam expendat, H quod sibi agendum, aut dicendum: Mulieribus familiaris hæc defectus, ut in quibus iudicia, & ingenia molliora. Nunquid stultitia arguenda est viventium mater Eva, quod cum serpente tam longos misceret sermones, & marito inconsulto, ac sine Dei voluntate, subito resolvente parere dicitis ejusdem?

Sed & promittente per Angelum Domino, quod Sara esset filium paritura, & primo illa risisset præ diffidentia, negavit postea se risisse. Gen. 18.

Cernens RACHEL, quod infecunda esset, ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. Quasi esset in ipso Jacob potestate, de sterili fecundam facere. Gen. 30.

Uxor Samsonis statim ut scivit propositionem obscuram viri sui, indicavit civibus suis in damnum mariti sui. Jud. 14.

Cum vidisset DALLA, quod Samson confusus esset ei omnem animum suum, quomodo fortitudinem amittere posset, inimicos illius vocavit, & statim eis revelavit. Jud. 16.

Quia David præ magna devotione saltaverat coram arca Domini,

Domino Michol filia Saul ironice dixit ei: O quam gloriosus fuit hodie Rex Israël, 2. Reg. 6.

Cum contenderent dua mulieres meretrices coram Salomone, illa stulte & nequiter loquuta est, quæ dixit de infante: Nec mihi, nec tibi: sed dividatur. 3. Reg. 3.

Cum dimisset Tobias de hædo: Videre ne furivus sit, Anna uxor ejus irata respondit, Manifestè vana facta est spes tua. Tob.

Sara filia Raguels increpante ancillam justè, illa impatienter, & injuriosè respondit: Amphius ex te non videamus filium, aut filiam super tertam. Tob. 3.

Uxor Aman audiens querimoniam, quam vir faciebat de Mardocheo, respondit: Jube parari excelsum trabem, ut appendatur in ea. Est. 7.

Sciente Job in sterquiliano, & faciem desultorem testa radente, dixit ei Uxor sua: Benedic Deo, & morete, sed ille bene diserte respondit: Quasi una de stultis mulieribus loquor es. Job. 2.

Petito Matris filiorum Zebedæi non fuit à Domino approbata, quando dixit: Die, ut hi duo sedent, unus à dextris, alter à sinistris. Matth. 20.

Multa verba, & simplicia dixit Domino mulier Samaritana, antequam impingeret in vitrum. Joan. 4.

INCONSTANES FACILE SEDUCUNTUR.

Hinc ad Hæreses prona.

Quam facile seducatur genus feminæ, damno exemplo suo docuit Eva vanis pollicitationibus delusa, quibus in exitum totam posteritatem pertraxit.

Notatur apud Apostolum Epist. 2. ad Tim. cap. 3. quomodo omnium temporum hæretici errorum suorum femina per mulieres sparsere, eadem primarum earum mentibus inserendo, unde dicit futuros homines, qui penetrabunt domos, hoc est semini irrepent in familias, ut captivas ducant: Cyprianus legit, ut deprædantur 1 mulierculas oneratas peccatis, &c.

Has quasi dignum patella operculum, in suas hæreses facile post se captivas docunt novorum errorum feminatores, tum quod mulierum ingenium molle sit, & flexile, ac inconstans: tum quod eorum se desideris accommodant, præsertim cum docent placenta carni. Hinc Theophylactus, & Occumenius docent, quod vir, qui se ab hæreticis seduci permittit, non vir, sed femina debet æstimari. Glossa in cap. 8. oras de verb. signifi. hunc habet versum.

Quid levius famo? flamen, quid flamine? ventus: Quid venolo? mulier: quid muliere? nihil.

* IDOLOLATRIA, ET HÆRESIS PROPAGATÆ PER MULIERES.

Hieron scribens ad Cresiphontem, seriò observat, occasione mulierum hæreses natas, & propagatas. Sic enim ait: SIMON, inquit, magus hærclim condidit, Helene meretricis adjutus auxilio.

NICOLAUS Antiochenus omnium immunditatum repeter, choros duxit feminæ.

MARCION Roman præmisit Mulierem, quæ decipiendos sibi animos prepararet.

APELLES Philemonem suarum comitem habuit doctrinarum.

Montanus immundis spiritus prædicator multas Ecclesias per Priscam, & Maximam nobiles, & opulentas feminas primum auro corrupit, deinde hæresi polluit.

Dimittam veteres, ad viciniora transcendam. Arius ut orbem deciperet, Sororem Principis ante decepit.

Donatus per Africam, ut infelices quoque sceleribus pollueret aquis, Luciliz opibus adjunctus est.

In Hispania Agape Episcopus, mulier virum, cæcæm cæca duxit in seipsum, lucellos quoque sui Priscilianum habuit, Zoroastriis magis studiosissimæ, & ex mago Episcopum, cui iuncta Galla, non gente, sed nomine, Germanam huc illicque currentem aliterius, & vicinæ hæreses reliquit hæredem. Nunc quoque mysterium iniquitatis operatur. Duplex sexus utrum sapulant.

Quod ad nostrum sæculum atinet, Lutherus omnium hæreticorum parens, vocis licet monasticis obstrictus, non dubitavit sanctimonialiæ feminam sibi matrimonio copulare.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Cujus exemplum secuti sunt quamplurimi, quotquot nunc Lutherani, Minitri, Calviniani, Svekfeldiani, vel aliter, B appellantur, summi cœlibatus hostes.

Quod si ad vetera nos convertimus, quid magis memorabile, quam quod hominum sapientissimus Salomon, consiliis cessit muliebribus: & idolorum cultum introduxit.

Invecta sunt in populum Israeliticum idola Ethnica occasione connubiorum, cum scilicet Israelita connubia contraheret cum vicinis. Ita Mulieres Ethnicæ sua idola invexerunt, persuaserunt maritis, ut repudiata verò cultu amplecterentur idololatrias.

Novæ nuptiæ idola patriæ invexerunt in gentem Israeliticam, & jam ante maritos luxuriantes, & a moribus deditis demeratos fascinarunt, ac profusos occuparunt.

JEZABEL F. Regis Sidoniorum nupta Regi Achab, importavit in regnum Israel culturam Baal: & marito hortatrix fuit ad exercendam sævitiam in Prophetas.

Filia Achab impulit Joram filium Josaphat, ut coletet idola Regum Israël.

Cum contra Zenonem Imp. Basilicis seditionem movisset: ut se armaret multorum Episcoporum favore: publicè edictum proposuit, quo acta Synodi Chalcedonensis profusè damnavit. Huic edicto subscriperunt Episcopi plures quingentis. Fuit & huic Basilicæ incitatrix Uxor.

CONSTANTIA Licinii vidua, foror Constantini Magni Cæsaris, imbuta Arii blasphemis, a quodam sacerdote ejus, a quo hæc hauserat, rogata, persuasit fratri Constantino, ut Atrium ab exilio revocaret, retraheret decretum contra Arium, ejusque causam denuò cognosci curaret.

THEODOSIUS Imp. persuasus à conjugè Eudoxia, quæ factioni Eurychis faverat, Eurychianis fovit contra Orthodoxos.

JUSTINA mater Valentin. Imp. cum Arianis sentiens, templum eis Mediolani tradi postulavit.

Ita Justiniana, qui quinta Synodo Occumenica Constantinopoli condemnata Eurychis errorem, ab uxore persuasus, in eundem relabuitur.

Ita Arcadius ab Eudoxia sorore seducitur.

Samofatenus fuit familiaris Zenobie. Illa Arabica mulier erat instituta in secta Judæa, dixerat enim Judaicam doctrinam. Postea venit in ejus amicitiam Antiochenus Episcopus Samofatenus. Is, ut eam inflecteret ad Christianism, quorum volebat habere studia contra Romanos: cepit facere chaos ex Christiana doctrina, & Judaismo. Illa confusio est nata in aula Zenobie Regina, quæ Syriam, & Antiochiam tenuit, & exercitum duxit.

* A QUIBUS MINISTERIIS ARCENDÆ.

Ut puta A PUBLICO ECCLESIE, ET PRÆDICATIONIS MINISTERIO.

Præcipit Apostolus mulieribus, ut in Ecclesia taceant, etiam illæ, quæ Prophetis erant, quia ut Ambrosius inquit, contra naturæ ordinem, & legis Gen. 3. est, ut in conspectu virorum femine eis subdita loquantur, estque præter debitam illis verecundiam, & judicium immaturitatem. Denique cum ad jurgia proclivis sit ille sexus, semper alterationibus Ecclesia abundaret. Unde si quid voluit discere, inquit Paulus, domi suos viros interrogent, neque enim mulierum est omnia scire, hinc & alio loco, docere ait, mulieri non permitto, nempe in Ecclesia, & cœtu publico.

Neque enim mulieri in Hierarchico Ord. Ecclesiæ locus datur, atque ex hinc volunt Interpretes in cap. 1. Act. Apostolicæ, ubi recententur Apostoli, & illi, qui spiritum S. in Festo Pentecostes acceperant, B. Virg. Mariam omnium hominum, & Angelorum Reginam, ac quoniam viris (Filium excipio) digniorem, poni ultimo loco: cum quibus lexus foemineus ab officio docendi, & ab hierarchia planè exclusus existat.

Inter præcepta connubialia apud Plat. etiam silentium reperitur. Et Sophocles:

Εὐαγγέλιον ἢ ὄργη ἄνθρωπον γίγναι αἰετ. Deos addit usque feminis silentium.

Homerus quoque Μῦθος δ' ἀνδρῶν μυσία, inquit non femel. — fueritque viris oratio cura.

Permissum interim mulieri privatim docere, & instruere, etiam in rebus fidei, ut infra dicitur sub Tit. de virtutibus, in prærogativis Mulierum. Ubi etiam exempla earum profertur, quæ viros suos, & alios converterunt.

Bbb 4 A CA.

A CASTRIS OLIM AMOTÆ.

A Nullum apud veteres Romanos olim femineum sexum in castris fuisse. Scriptorum illius ævi testimonio docemur. Neque solum de foris id verum est, sed etiam de uxoribus, quas neque primarius viris habere fas erat.

Severus Cæcina apud Tacitum. *Annal. l. 3.* Annal. Ne quem Magistratum, cui Provincia obvenisset, uxor comitaretur: & morem veterem allegat, quo veterum, ne femine in socios, aut gentes exteras traherentur. Causam dat, inesse enim ait, mulierum comitatu, quæ pacem luxu, bellum formidine moreretur, & Romani agmen ad similitudinem barbari inceffus convertant.

In latiore tamen disciplina Scortis locum fuisse datum, Scipionis exemplum docet, ut qui ad Numantiam duo millia scortorum e castris egerit, quamvis per scorta Lipsius non mulieres, sed mulierofos intelligat. *Lib. 5. de milit. Rom.*

Apud Macedones, & Græcos eadem viguit consuetudo. Sic ut Philippus Rex legatur etiam duos Juvenes regni sui filios relegasse, quod pletriam mercede conductam in castra induxissent.

Germanorum, qui nunc maxime hac in re peccant, nam & plaustra mulierum, & prolium in castris habent, idem mos fuit, exat in Liguino Guntheri Poeta inter res Frederici I. Imp. in Italia gestas, ita lex.

Nem erit in nostris nobiscum femina castris, Qui venis existeris, spoliis nudatus abibat Turpiter, & nudo multabitur illa respecto.

Voluit foras id insinuare Iudorus, qui castra dicta voluit quasi castra, quod castraretur in his libido. Olim ita se habuit, nunc vero Castra per antiphrasin, quasi minime a scortis, & libidibus castrata appellemus.

A MAGISTRATU, ET GUBERNACULIS.

Gymnocratiam legibus naturæ adversariam omnes omnium temporum historiae demonstrant. Rarè enim mulieres Ecclesiastico, sive Politico regimini sece ingesserunt, quod non maxima calamitates subscecutæ fuerunt. Apud Græcos de vetula talis verus circumserrus.

Idem in superiori doctrine confirmationem plura exempla adducit, cum ex sacris, tum ex prophanis Scripturis. ATHALIA Regina Judæ, mulier tyrannica, post mortem mariti rapuit regnum, interfecit posteritatem Salomonis: & publice cultum, & sacerdotum Baal instituit.

JEZABEL uxor Achab Regis Israel cultum Baal instituit: horribiliter est persecuta Prophetas; curavit interfici Naboth Jezraelitam, propterea quod Regi expectanti nollet concedere vineam a majoribus acceptam.

SEMERAMIS obtinuit imperium Assyriorum fraude. Cùm enim eam deperiret Rex Assyriorum: petiit ab Rege munitus, & stolam regiam, Atræque imperium ad quos dies, & eorum, quæ in hoc gererentur, potestatem, ipsa posita postulat, mandavit militibus, ut Regem interficerent. Ita obtinuit Imperium. *Ellan. lib. 7.*

HECUBA Regina persuasit Priamo Regi Trojano, ne Menelao redderet Helenam, quod aliàs facturus erat, per motus populi clamoribus: qui scelus hoc Paris raptoris alienæ conjugis decessabantur. *Dionys. Cretenfis lib. 1.*

Exemplum quoque est hujus rei in historia Artaxerxes Mneonius, cujus Mater Paryfatis, superba, libidinosa, & crudelis femina, commisit inter se primum filio Artaxerxem & Cyrum: Cyrumque incitavit ad bellum fratri inferendum. Postea cum Cyrus occubisset, ultra eadem ejus, plerosque confcios cædis, adigit per fraudem ad horribilia supplicia, sicut atrox admodum est supplicium Mithridatis, qui per Jætantiam, se Cyrum manu sua concidisse in convivio vino plenus dixerat, hunc describitur apud Plutarchum supplicium

scaphale. Paryfatis, omnium foeminarum, quas hic Sol vidit, pessima, & perditissima.

TIBERIUS Cæsar, ob imperium, quod sibi sumebat mater Livia, nominabat eam Ulyssim stolatam. Idem tamen publicè omnibus actionibus ab ea remotis, familiariter curam gerere mandavit. Propter quod, & illa illi utque adeo molesta fuit: ut peregrinationes quod infestius. *Petr. Greg. Tolos. lib. 7. de Repud. cap. 11.*

LUDOVICUS PIUS Caroli Magni F. Imp. totus pendit a consiliis Uxoribus, ab eaque persuasus multa & injuste, & crudeliter fecit. Ea de causa incurrit in odium apud proceres, qui incitatis contra eum filius preteatus occularum molitionum noverca, regno amotum carceri incluserunt.

SOROR Constantini Magni Constantia, revocato Arrio, & revocatis certaminibus, quæ longo labore vix in Synodo Nicæna Constantinus sopiverat, autore condemnato, & expulso, horribile excitat incendium in Ecclesia: quod postea longè, lateque vagatum est, & horribiliter convulsit Ecclesias multos annos.

ITA EUDOXIA secunda Theodosii uxor, vidua mulier iniquitas, & ambitiosa, cum opponeret se Synodo Chalcedonensi, & foveret reliquias Eutychnianæ factionis, verè ingentem pulverem excitavit.

ET paulò post, Basilius, qui, Zenone in exilium pulso, imperium rapuerat, incitatus à Coniuge, edicta proposuit, quibus abolevit sententias, & decreta Synodi Chalcedonensis.

ET aliquot post Justinianus Imperator, inducitur quinta Synodo Oecumenica, quæ est secunda Constantinopolitana, restituit decreta Synodi Chalcedonensis, & ea de novo sancit, & stabilivit. Sed idem Justinianus paulò post persuasus conjugis illecebris & blandimentis, deservit ætiori sententia ad Eutychnianos, & præbuit causam magnis motibus, & tumultibus in Ecclesia.

ANTONI, Reineri nostri filii, Vidua Mahometes cum parvulo filio supplicio possessionem principatus pecunia vendidit. Hæc postea exarit amore Veneti mercatoris, qui filius erat Petri Palinerii Præfidi Nauplii, & domi uxorem habebat. Cùm hoc pacta esset, si divorcium faceret cum Uxore, se illis nuptiam esse, & collocatam cum in Principatu. Venetus incensus cupiditate, Coniugem domi veneno suffulit, & Viduam duxit. Sed cum tyranniam exereret in viros nobiles, Atheniensis petrafi Tyrannidis accensurum eum apud Mahometem. Cùmque ad hunc profectus esset, ut pecunia & culpam, & pœnam redimeret. Mahometes ipsum interfecit. Ita primum ipsa scelus omnia dedit. Postea cum Mahometes parvi heredis cognato Antonio principatum attribueret; si mulierem, quæ propter libidinem specie conjugii urbem in Venetum mercatorem transfulerat, carceri incluserat Mariter necavit. Ita & mulier divinitus puniæ est. Hæres matre orbatas, cum sibi quoque à cognato eripi Principatum videret, accusat eum apud Mahometem de necè matris. Mahometes igitur videns, non esse finem paritiorum in ea familia, mandat Præfidi Theffalæ, ut Athenas occuperet. Ita in Mahometi potestatem Athenæ redactæ sunt: ubi postea propter civium seditiones, & arcem, & magnam partem urbis victor delevit.

Nemo est, opinor, qui nesciat, quales tragedias de seipsa excitaverit Joanna Neapoleos Regina, quæ ab impudicitia, Lupa dicta est. Tres enim Reges, collemque maritos, crudelissimis paritioribus interfecit.

CLEOPATRA, ut Ægypti regno sola frueretur, fratrem interemit. *In Bod. l. 6. de Repud. c. 5.*

De eadem ait Dion. Cass. lib. 60. Propter hanc Cleopatram declaratos hostes Antonium, quare & Octavianus contra eum excitans milites, dicebat eum mutatum fuisse per illam a priorè virtute. Quod fieri non posset, ut qui regio luxu, mollitieque muliebri indulgent, viro aliquid dignum vel consulant, vel agant.

De eadem & Petr. Greg. Tolos. lib. 7. de Rep. c. 17. Cleopatra ex his, qui in Ægypto vetustiore memoria Regine nomen tulerunt, matrem thoro expulso, filias viduas fecit, fratem, cui debebatur regni successio, veneno suffulit, & genem quindecimum annum, a deinde fororem Artinonem, Ephesi in templo supplicem per Antonium interfecit. Alternò fratrum matrimonio virilis stirpis unum in exilium egit, alterum interfecit conata est; cui tamen postea forugem scelus debitas exsolvit pœnas, post mala propemodum infinita.

Fuit summa Laodices, in ea re ambitio, & impietas: quæ ex sex filiis, quos ex rege Amarathe susceperat, timens ne non diutur-

diuturna regni administratione, adultis quibusdam potiretur, A quinque paritioribus veneno suffulit: unum tantum parvum scelens matris cognatorum custodia eripuit, qui post necem Laodices solus regno potitus est, & ipsa propter crudelitatem justas pœnas pendit, & a populo necata est.

Decreverat Euridices, uxor Amyntæ Regis Macedonum, occidendum virum, regnumque adultero tradendum. Occidit & postea Alexandrum filium. Sed filia pellicatam matris, & adulteriam, & consilium in perniciem generis conceptum, detexit.

BRUNECHILDIS, uxor Sigeberti Regis, ut post mortem mariti regeret regnum Galliarum, decem Reges Galliarum, partim consilio, partim manu, aut veneficio extinxit. Verum tandem meritas scelus, & paritiorum luit pœnas, & indomiti equi caudæ per crines, & brachia alligata, per aspera, fenestras, rufesce ab equo concitato tracta, calcibus cerebro disperso, per membra quoque dissipata est, ex sententia comitiorum Francorum communi sub Lothario Rege.

Refert Æneas Sylvius, mulieres Boemias, Principatum Boemias, more Amazonum, obtinuisse potenter per septem annos: multos interim viros, juvenesque aggressas, passim trucidasse, nec aliter pugnas, quam si mulieres viri animos, viri verò muliebres indidissent.

TULLIA, Servii Tullii filia, impudissima femina, ut Tarquinio Superbo nuberet, & regnum sibi pararet Romanorum, marito, Tarquinii fratrem, & fororem suam, ejusdem uxorem, necari curavit, & postea Servium Tullium patrem fugientem, supra cuius jacens, & vulneribus sauciata cadaver, prætereuntes carpendo in festis furis agitata, & muliebri spiritu inflata, incedere non dubitavit.

Scribit Dubravius Drahomiram Lucensem, quæ Uratillæ Boemorum Principi nuperat, post mortem mariti imperium usurpasse, quamvis ex eo matrimonio haberet duos filios, Venceslaum, & Boleslaum. Et cum Boemi principatum, propter ejus tyrannidem, derulissent Vencesla; cam Ludmillam, sanctissimam faminam aviari Vencesla; per feceratis in templo strangulasse, Venceslaum trucidasse in templo, & sacerdos extra Pragam occidisse. Cæterum biennio post, eo loci, quo adhuc inleptula jacebant ossa sacerdotum, terram sua sponte dehiscerent, Drahomiram una cum curru, & qui simul vehabantur, absorbuisset. *Idem Petr. Greg. ubi supra.*

Noctissima est crudelitas Elizabethæ, quæ nuper Angliæ regni habenas tenuit, cum adversè piissimam Reginam Scotiæ Mariam Stuartam, Regis hodie regnantis matrem, qua in post diuturnos carceris exilios capitis supplicio affecit: tum adversus Comitum Æquales, quem etiam fecuri percussit, & cujus occisi calvariam regibus suis thesauris apponebat. Denique contra Christi Ecclesiam, & ejusque administratos, sic ut tantum Catholici sanguinis ea regnante effusum fuerit, quantum olim prophetici sub impia Jezabele, quæ huic fuit velut pranuntia; aut aliis Christiani nominis persecutoribus.

A PATROCINANDI, ET JUDICIALI MUNERE.

Omni munere Judiciali, & procuratorio Mulierum arceat Justinian. *l. 2. de reg. jur. l. Femina. l. neque Femina de Procurat.* Idque ne preteritum litis, impudenter, & contra fides verendum irruat in cotus virorum, *l. Maritus Cod. de procur.*

Nota ex historia Atrania, de qua scribit Valer. Maximus, D. l. 8. c. 3. quod cum esset Buccionis Senatoris uxor, & pro se apud Prætorum verba fecerit, utpote ad causam dicendam promptissima, & impudentia abundans, muliebri calumnia noxiosum exemplum evasit: adeo ut pro crimine improbis foeminarum moribus Atraniæ nomen obtineret, vixit usque ad tempora Cæsaris, & P. Servii Consulibus, fuitque causa cur S. C. mulieres prohibita fuerint deinceps pro aliis postulare, ut notat Franc. Baldus. *l. 4. in Institut. Justinian. Tit. 13.*

A TESTANDI OFFICIO.

Mulier testimonium dicere, inquit *Ulpianus*, jam olim non potuit in testamento. *L. qui Testam. s. mul. de Testam.* Alias autem in testem adhiberi potest: nam Lex Julia solum prohibet, ne ea, quæ adulterii convicta est, testimonium dicat.

Certe in questionibus Majestatis etiam mulieres audiri, respondit *Papinianus, L. in quest. D. ad L. Jul. Majest.* additque

exemplum. Fulvia mulieris, quæ detexit conjurationem Catilinae, & M. Tullium Consullem indicio suo instruxit.

* MULIERUM FUGA PERUTILIS. Episcque contractus perniciosus.

PRÆSERITIM EPISCOPIS, CLERICIS, RELIGIOSIS.

Quanta verborum graviloquentia Christiani Doctores nimiam, vel certe suspiciam cum mulieribus conversationem, colloquia, blandicias detestandas doceant illis, qui animo, & corpore castitatis ornamenta custodire fatigant, longum foret commemorare: neque enim sine causa toties Salomon, & Ecclesiastici Scriptores fugam ab iis capeffendam suadent, tanquam à facie Leonis, & Draconis, vi victoriam adversas libidinis impetum velimus obtinere.

Paul. Apost. vult, ut Episcopus sit pudicus: ad quod necessarium erit vitare mulierum consortia.

B. Basilium filium spirituales admonet, ne similes simpliciter accedere ad virorum domos, nec cum illis longius vellet agere, ne, inquit, per plurimas sermocinationes utrorumque mens polluat.

Ephrem. Syrus sentit Monachum inter epulas cum femina versari, idem esse, quod se in ignem conicere. *Tom. 2.* Idem etiam in serm. adversus improbas mulier. ita loquitur. Christus in Evangelio dicit, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mechatus est eam in corde suo, verè tremenda admonitio, multaque vigilantia opus habet.

Ipse autem Christus cum Samaritana sola loquitur, sed in publico, & meridiana luce.

Sic & Paulus Apostolus loquebatur mulieribus, quæ conyeniant, neque clam, neque semotis arbitris. *Act. 26.*

D. Hieron. privatum usum Agapetarum (virgines ille erant, quæ à charitate dicitur nomen traherant) reprehendit, quod Ecclesiasticis cohabitarent, eorumque sine nuptiis sub alio nomine uxores essent concubinae, meretrices.

Extant contra illas, Canones, & varia Pontificum decreta. S. Hieron. ad *Nepotian. de vita Clericorum, & Sacerdotum*, Hospitium tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant. Omnes puellas, & virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne sub eodem recto manseres, nec in præterita castitate confidas. Nec sanctior Davide, nec Samsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior, memento semper, quod Paradisi columnam de possessione sua mulier esse fecerit.

Et in *Jovinian*. Illud verò quæ taceat, quod sub anigmate scribitur. Sanguisuga tres filias erant dilectione dilectæ, sed illæ, non salvaverunt eam, & quartæ non sufficit dicere, satis est. Infernus, & amor mulieris, & terra, quæ non satiatur, aqua, & ignis exaltans.

S. Greg. *l. 1. Epist. 41.* Chryfanto Episcopo Spolitanò ita scribit. Ex quorundam relatione cognovimus sacerdotes territorii Nursim cum mulieribus extraneis commorari. Pro qua re valde nos fraternitas tua contristatos agnoscat, quæ dudum talia, sitamen cognovisti, minime passa est coerceri. Sed quoniam precipimus defensori, in hæc debeat modis omnibus emendare, si quisquam ex eis in tali capitulo contumax voluerit apparere ad fraternitatis tuæ cum debent evocare judicium. Ideoque sanctissimus necessitati duximus scribendum, ut si quos de sacerdotibus ad tuam diocesim pertinentibus proceas inveniret, admonitione sacerdotali præmissa, & si res ita exegerit, etiam H & canonicam adhibens disciplinam, de cætero emendare festinet.

Et quavis Canones Ecclesiastici, ex Concilio Nicæno, Carthagenis, & aliis, clericis indulgiam cum quibusdam mulieribus commorationem, ut cum matre, avia, amita, matertera, fororibus, filiabus fratrum, & fororum, eorumque similibus.

Cui quibus naturale scædus, ut loquitur Innocentius III. nihil permittat sævi criminis suspicari, tutius tamen, & consultius esse, ab omni femineo contubernio, quoad fieri possit, abstinere, exemplo D. Augustini, de quod *Possidius* ita scribit: Feminarum intra domum ejus nulla unquam conversatio est, nulla mansit, nec quidem germana foror, quæ vidua Deo serviens multo tempore usque in diem obitus sui præposita ancillarum Dei vixit. Sed neque patris sui filia, & fratris sui filia, quæ pariter Deo serviebat: in qua personam san-

Horum Episcoporum Concilia in exceptis posterunt. Dicebat vero quia est de forore, & nepibus secum commorantibus nulla nasci possit mala suspicio, tamen quoniam illa persona sine aliis necessariis, secumque manentibus feminis esse non possent, & quod ad eas etiam alia a foris intrarent, de his posse offendiculum, aut scandalum infirmioribus nasci, & illas, qui cum Episcopo, vel quolibet clerico forte manerent, ex illis omnibus feminarum personis una commorantibus, aut adventantibus tentationibus humanis posse perire, aut certe malis hominum suspicionibus pessime diffamari. Ob hoc ergo dicebat nunquam debere feminas cum servis etiam castissimis in una manere domo.

Idem consilium multis B. Gregor. in epist. ad Romanum defensorum, & alios. Si qui, inquit, Episcoporum, quos commisit tibi patrimonii finis includit, cum mulieribus degunt, hoc omnino compescas, & de cetero eos illic habitare nullo modo patiaris, exceptis eis, quos factorum canonum censura permittit, id est, matrem, amitam, germanam, & alias hujusmodi, de quibus prava non possit esse suspicio. Melius tamen facient, si etiam a talium se cohabitatione continent.

Nam legitur quod B. Augustinus nec cum forore habitare consentit, dicens: Quae cum forore mea sunt, forores meae non sunt. Doctus ergo viri cautela magna nobis debet esse instructio. Nam incauta praesumptio est, quod foris paver, minus validum non timere, sapienter enim illicita superat, qui didicerit etiam uti non concessis.

Sic B. Hieron. Rustico Monacho suadet, ne vel matri cohabitaret.

Venerat longis itineribus matrona Romana Arsenium videndi causa desiderio: cui postquam se conspiciendum praebisset, rogat illa, sui memoriam in precibus haberet: qui, Imo vero, inquit, dabam operam, idque serio, ne tui unquam amplius meminisse queam. Tursus in vita. Beyerl. in Apophth. Christianor.

JOANNES Anachoreta, quam etiam magnus in hac cautela rogabat cum Tribunus, ut se uxori suae praederet vel semel conspiciendum. Jam enim pio eius desiderio aliquandiu tenebatur: nequaquam ita fecero, ait: sed per quietem me illi appariturum spondeo, verum fuisse declaravit eventus. O magna perfectionis virum, qui imaginem sui dormienti feminae conspiciendam mittere potuit, ad quam accedere non potuit. Ex Marul. l. 4. Beyerl. supra.

Erant in itinere cum altero monacho sibi collega Sabas Monachus, & ecce in occursum venit juvenula venusta, & lascivis oculis. Sabas sui comisum ingenium tentans, rogat: Qualis tibi videtur illa? mihi certe lusa, unoque oculo visa. Negat ille, & pertinax contrarium sustinet, eo quod accuratius eam esset intuitus. Tum Sabas Nunquam legitur, inquit, Nec capiaris nutibus illius? eumque longo tempore in claustro detinuit. Sur. in vita. Idem ibid.

PION Abbas in tantum a femininarum aspectu abhorruit, ut ad forem ab Antonio missus, illius cubile oculis clausis ingressus fuerit, abieritque. Illa vero in clamante, & iterato invitante: Et tui, inquit, tecum, & quod optaveras, vidisti me. Ita abiit. Ex Marul. l. 4. idem.

AUGUSTINUS ait: Malum est mulierem videre, pejus alloqui, pessimum tangere. Causam indicat Hieron. l. 1. cont. Joann. Quia mulieris amor insatiabilis est, & semper accenditur, & post culpam rursus est inops, animumque virilem effeminat: & excepta passione, quam sustinet, aliud non sinit cogitare. Ex Postid. in vita Augusti. c. 26. Beyerl. ibid.

Narrat Evagr. l. 4. Eccl. hist. c. 14. Libyos Episcopos ab Antiochia in linguam abscissionem passos fuisse, eo quod Constantino-polim profugisse, ibique perinde locutos existeret radicibus linguarum articulata voce, ac si nihil tale perperis fuissent. Procopio eos audiente: Miraculi autem veritatem inde patere, quod dum a mulieribus abstinerent hujusmodi Episcopi, gratiam locutionis servarunt semper: at ubi eorum aliqui sunt, mulieribus committitur, tanto dono privati sunt.

PERICULOSA MULIERUM COMMERCIA.

Exempla ad manum sunt illorum, qui occasione mulierum turpiter lapsi sunt, vel perierunt. Quae commemorat B. Epher. in sermone adversus improbas mulieres: & eisdem verbis Chrysostomus, l. 14. Matth. Leonus, inquit, in lacu Danielis veritus fuit, at Naboth Jezabel occidit. Certe ventre suo Joannem fer-

vavit: Dalila vero Samsonem septem crinibus capitis abrasit tradidit alienigenis. Dracones, & aspidi, ac bestiae committit Joannem in eremo innumerum: Herodias vero in convivio eundem decollavit. Corvi Eliam in monte sustentarunt: ac Jezabel ipsum, post beneficium pluviae acceptum, ad necem profecuta est.

Et paulo post. Diabolus per Mulierem a principio Adamum in paradiso pervertit, per mulierem castissimum Joseph in carcere. conclusit. Per mulierem Davidem ad Uriam Hebraicum dolo occidendum concitavit. Per mulierem sapientissimum Salomonem ad praevicaciam induxit. Per mulierem cunctos oppugnat, cunctos dedecorat, cunctos occidit.

Similiter B. Hieron. epist. 22. ad Eustochium, de custodia Virginitatis. Samson Leone fortior, & saxo durior, qui & unus, & nudus mille persecutus est armatos, in Dalila mollescit amplexibus. David secundum cor Domini electus, & qui venturum Christum sancto saepe ore cantaverat, postquam deambulans super tectum domus suae Bethleem capsum esse nuditate, adulterio junxit homicidium. Ubi & illud breviter arende, quod nullus sit etiam in domo tuus aspectus. Salomon per se cecinit ipsa sapientia, qui disputavit a cedro Libani usque ad hyssopum, quae exit per parietem, recessit ad Dominum, qui amator mulierum fuit. Et ne quis sibi de sanguinis propinquitate consideret, in illicitum Thamar fororis Ammon exarit incendium.

Idem epist. 47. de vitando suspecto contubernio, ita scribit virgini cum clerico commoranti: Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habet quotidie, aut perire, aut vincere. Quis unquam mortalium iuxta viperam securus fomnos capit? quae est non percutiat, certe sollicitat. Securitas est perire non posse, quam iuxta periculum non perissee.

Et B. Cyrilian. de singularitate Clericorum. Nunquam securus cum thesaurario tenetur inclusus, nec intra unam caveam habitans cum lupu tuus est agnus.

Pessimos affectus commorationis muliebris cum hominibus facris graphice describit idem Cyr. loc. cit.

Respicite, quanta mala conversationis muliebris hujus acquirat, quae non nisi corruptionem seminat, pullulat vitia, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, lasciviam patitur, petulantiam nutrit, casus exaltat, ruinas adificat, ripas eripit, praecipitia instruit, periculis navigat, naufragius vellicat, perditionem gaudet, interitum fovet, confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accusationes inflammat, & catervatim semel in faciem glomerans numerosas indagines capitum, per infinita dedecorum multiplices mores invenit in perniciem perditorum. Totaque, & tantas strages calamitatis, & pessima conversationis, nemo proferat, nemo calcet, nemo funestat, nisi singularis castitas sola, qua munimen invictum est sanctimoniae, & expugnatio fortis infamiae, fortitudinis firmitas, & lasciviae petulantiae infirmitas, probitatis praesidium, & improbitatis excidium, animae victoria, & corporis praeda, ubertas gloriarum, & sterilitas criminum pronuba sanctitatis, & repudium turpitudinis, sinceritatis iudicium, & abolitio scandalorum, &c.

* V E L A N D A E. ET CUR.

S. PAULUS 1. ad Cor. 11. assignat discrimen inter virum, & mulierem, dicitque turpe, ac dedecus esse, ut vir velet caput suum: & contra mulieri turpe, & probrosum, si non velet: quia honestas, & pudor mulieris id exigit, ac parem facit turpitudinem in muliere, tonderi, & non velari. Loquitur autem de mulieribus saecularibus, & maritatis, quae publice in templum, aut alio procedunt. Causam assignat Apostolus, quod vir sit imago Dei, in quo ipse majestas maxime cluere: mulier vero gloria viri, quia ex illo producta, velut ejus opificium, & imago. Unde illi subiecta est, atque in signum subjectionis velatur.

Vocat autem Apostolus velamen hoc, nomine potestatis, hoc est auctoritatis, sive imperii, non ipsius mulieris, sed viri in mulierem, cujus signum velamen.

Hinc apud Latinos phrasivis invaluit, ut ab hoc velamine dicantur mulieres nubere, id est, caput obnubere, cum in viri transeunt potestatem. Sic et contra pileus erit libertatis signum in viris, Livio teste in fine Lib. xlv. Unde & servit in necessitate

tate adscribendi militiae, ad pileum, hoc est libertatem vocat adscribantur.

Aliam causam Apostolus assignat, velari debere mulieres propter Angelos, nempe ob eorum reverentiam, ut qui honesti pudoris sint testes, & obedientiae ipsarum, ut explicat S. Thom. Anselmus, Chrysolomus.

Olim quoque ante Christi adventum, constat velamine utas mulieres Judorum, & Gentilium, Trojanas, Romanas, Arabes, Lacanas.

Unde Valer. Max. l. 6. c. 3. memorabile narrat C. Sulpit. maritali supplicium, qui uxorem misit, quod eam capite aperto foris versatam cognorat.

Tertullianus lib. de veland. Virginitatis c. 17. Judicabunt nos, ait, Arabiae feminae ethnicae, quae non caput tantum, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo librato contenta sint dimidia frui luce, potiusquam totam faciem prostituere.

Idem Tertull. de corona Militis cap. 4. Judaeis feminis inquit, tam solemne est velamen capitis, ut inde cognoscantur.

De Lacanis Plut. in Apophthegmat. Laconicis in Carilla, testis est, quod corum virgines aperta facie, viris junctae mulieres, velata facie prodire solent: ut scilicet illa maritos invenirent, istae vero habentes alius placent non curarent. Sed sicur, & probro adscribitur Lacanis, ait Clemens l. 2. paedagog. c. 10. quod super genua tantum vestes deductas induerent, ita nec earum virgines aperta facie prodeunt ex latibus; quod hic carum pudor quasi venalis expositus proderetur.

Rursum secundum Tertullian. lib. de velandis Virginitatis cap. 2. culpatae, quae tenui velo utebantur, quod illud irritermentum magis sit libidinis, quam tegumentum pudoris, gentilium potius foeminarum usu, quam Christo credentium comparatum: & capite duodecimo, nundinatrices quasi pudicitiae habet illas, quae consilium formae a speculo peterent: & speculum olim vitasse Christianos, satis indicat S. Justinus ad Severum de vita Christiana. Denique hoc sine scriptis Tertullianus librum de velandis Virginitatis, ut probet omnes, non tantum nuptas, sed & inuptas, etiam saeculares, non obstante quavis confusione, velandae esse: quia id praecipit hic Apostolus: & sic ait cap. 4. intellexerunt Corinthii, qui usque hodie velant virgines suas: & rationes Apostoli omnibus omnino mulieribus conveniunt; ut merito abusus censeri, & corrigi debeat, quod nonnullis in locis virgines nudo plane capite incedunt, scilicet ut formam ostentent, & sponsum capient, cum revera, tum alios, tum seipsas castitatis periculis exponant, & lenonum fraudibus sese in dies subsuciant unde tot pudicitiae naufragia videmus, & audimus.

Hinc veteris olim habitus saecularum virginum fuit flammum, seu sacrum Velum, de quo Tertullian. de veland. virginitatis c. 15. Pura, ait, virginitas semper timida oculos fugit, confugit ad velamen capitis, quasi ad galeam, contra ictus tentationum, contra jacula scandalorum, contra suspiciones, & furiosos, additque haec velae solemnitatem solere benedici, indeque virgines dici Deo nuptas, & desponsatas. Unde & Innocent. I. ad Viterbium epist. c. 12. Quae, inquit, Christo spiritualiter nubunt, & a saeculo totius velantur.

Adhac olim haec Virgines pulla veste induebantur, & operiebantur pallio. Et contrario viri Christiani habitum praecum ita pingit Lucianus in Philopatro, pallium putre, sine calcibus, (nudipedes ergo, vel certe soleis olim incedebant Christiani, ut jam Capucini) & tegmine nudo capite, detonsa, coma, &c.

* DE MULIERUM NATURA, FORMAE, MORIBUS, COMMERCIO. APOPHTHEGMATA.

CRATES, mundum muliebre dicebat esse, quod ornatae feminam, ornata autem id, quod eam reddi compositiorem, ac modestiorem. Verum id non praestat, inquit, neque smaragdus, neque purpura, sed quaecunque adderent vim, ac speciem honestatis, ac verecundiae. Graecis vero & mundum sonat, & ornamentum. Unde Xanthus, ornare, Laert. l. 6. c. 5.

DIOGENES conspiciat mulieres garrulas inter se colloquentes, Apis, inquit, a vipera venenum mutuatur. Anton. in Mellis. par. 2. serm. 54.

SOLOM a quodam rogatus, an uxor esset ei ducenda? Si tu-

per duxeris, inquit, habebis poenam: si pulchram, habebis communcem. Eod. serm.

ARISTIPPUS mulierem parvam, sed pulchram conspiciat. Parvam quidem pulchrum, inquit, magnum autem malum. Anton. serm. de mulier. fort. c. 9.

PROTAGORAS uxorem temperantem querere jubebat, nec formosiores. Illud enim, inquit, est thesaurus, qui furis non potest, hoc autem animi opinio, sive persuasio. Eodem serm.

PHILO dicebat, Physicos narrare mulierem nihil aliud quam imperfectum esse marem. Inferiorem item quodammodo esse mulierum consilia, nec extra res, quae sub sensum cadunt, quicquam posse eas comprehendere. Eod. serm.

PHILONIS Uxor in complurium foeminarum coetu interrogata, cur sola ex omnibus aureo non uteretur ornato? Satis, inquit, uxori magnus ornatus viri sui virtus est. Ibid.

PERICLES, cum devictis Samsi Athenas reversus, pro concione laudasset eos, qui in bello occiderunt, caetera matronae redeuntem e concione coronis, ac vitis decorarunt. Elphnice vero, Simonis foror, propius accedens, dixit illi, Praeclara sunt ista, quae gestisti, & coronis decoranda: qui nos tot fortibus viris spoliasti? Ad haec, aliaque convita nihil commotus Pericles, tantum arsit: nec aliud respondit, quam vericulum Archilochi:

Id est, ut in iustis rebus non iniquis. Id est, Unguento, anus cum his, caveo unguentis.

Significans, publica negotia non esse curanda vetula. Tam enim hoc indecorum, quam turpe foret eam unguentis uti. Plut. in Pericle.

ARISTIPPUS, mulierem ex exornantem animum deformem indicare, dicebat. Ant. serm. de mulierib. improb.

DEMOCRITUS scilicet, cur, cum magnus esset, parvam duxisset uxorem: Ego (inquit) in malo eligendo, quod minimum erat, elegi. Eod. serm.

SOCRATES dicebat: Cum diligere, & appetere te dixeris mulier, tum ab illa magis metuendum tibi est, quam cum convitiatur, solitus etiam est dicere, tria se mala a seculum Grammaticam, Paupertatem, & perniciosa uxorem suorum duo effugisset, perniciosa vero uxorem minime. Adolecentulus eum de matrimonio consulentibus: quemadmodum pifces, inquit, qui nondum intra nassas sunt, volunt intrare, qui autem jam intus sunt, volunt exire: sic & vos, ne idem vobis accidat, videte. Idem Xanthippen ornata, & ad spectacula euntem conspiciat: Non inquit, ut spectes, o uxor, proficisceris, sed ut specteris. Eod. serm.

PROTAGORAS interrogatus, quam ob causam inimico filiam nuptam duxisset: Quia (inquit) nihil ei dare poteram deterius. Eod. serm.

Idem. Anum exornatam conspiciat, Si (inquit) viris, salteris, si sepulchro, ornata es. Ibid.

SECUNDUS Philosophus interrogatus, quid esset mulier mala, respondit: Viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitae captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, bellua conviva, sollicitudo confidens, leena complexens, exornata scylla, animal malitiosum, malum necessarium, Max. serm. 9.

GORGIO. Dicente hospite quodam, Sola vos Lacenz viris imperatis: respondit. Nos quidem sola viros parimus Idem.

Cum Cyperii adversus Aftagum Medorum Regem infeliciter pugnasent, mulieres in urbem fugientibus obviam jerunt, ac nudatis ventribus. Quo, inquit, ignavissimi ruitis? An nescitis, vos huc iterum intrare non posse, unde femel naturae lege egressi fuistis? Inverso ordine matres animant mares, quae solent a periculis avocare, Erasim. Rot. l. 9. Apophth.

M. CATO illud saepe in vita se poenituisse dixit, si quid aeterni foemine credidisset. Est quippe loquacissimum animal mulier, non facile retinens ea, quae in aurem dicta sunt. Plut. in Cat.

Idem, oburgans aliquando mulierum impotentiam: Omnes, inquit, homines uxoris dominantur, nos omnibus hominibus, nobis autem uxores. Hoc modo colligens, mulieres rerum omnium esse dominas. Plut. in Rom. Apophth.

Cum AUGUSTUS Cleopatram inviseret, exigeretque ab illa rationes: Soleneus, unus ex procuratoribus ipsius, indicavit aliquid, esse lubradum ab ipsa. Illa in procuratore insiliit, & arrepto homine crine crebris ictibus pulsavit os. Huc cum Augu-